



PRUDENTIA ET
GRAVITATE CONSPICU-
IS VIRIS, PRÆTORI, COSS. ET
Senatoribus Reipubl. Hersfeldensis,
Dominis ac fautoribus suis omni of-
ficiorum genere colendis,

S. D. P.

Ribus nos nasci & obligari,
P.C. Deo, patriæ & nobis, po-
liticarum rerum scriptores
monent, idque rectè. Omnes
enim à naturâ ita sumus com-
parati, ut, quo in loco nati &
educati sumus, vix unquam
oblivisci queamus ; unde mirificum erga pa-
triam amorem animis nostris insidere depre-
hendimus, quod adeò verum est, ut omnem ho-
nestatem imò ipsam naturam abjecisse dicendus
sit is, qui patriæ non favere, eamque pro virili suâ
non exornare velit. De Epaminondâ Thebano-
rum principe referunt historici, quòd summam
voluptatem percepit ex eo, quòd patriam suo-
rum trophæorum spectatricem habuisset, inque
eius veluti matris suæ gremium coronas bellicâ

):(2